



Stochflecke

G. f. 170

Thes. P. VIII. 367 641.

19
EXPLICATIO

ἑλεγκτικῇ

Evangelii Dominicæ quartæ

Quadragesimæ, sive Latare,

Quam

DEO DUCE

PRÆSIDE

Dn.

JOHANNE GERHARDO

DOCTORE ET PROFESSORE
THEOLOGO.

Suo

Patrono & Præceptore æternùm colendo.

Publicè

ad disputandam proponit

M. JOHANNES WILHELMUS WAL-

lichius, Vinar. Scholæ Senatoriæ Jenens. Moderator.

Ad diem Februar.

ANNO SALUTIS M. DC. XIX.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI

EXPLICATIO

Evangelii Dominici quartae

DEO DUCE

JOHANNIS GERHARDO

DOCTOREM ET PROFESSOREM

JOHANNES WILHELMUS VAL

IN V. M. B.

THEOPHILUS STEINMANN



E



act
cen
sub
nos
mu
pa
Pa
stu
30.
nor
di
tan
& I





Σὺν Θεῷ παλάμῃ.

EVANGELIUM DOMINICÆ LÆTARÆ.

Johan. 6. à vers. 1. usq. ad 14.

Matth. 14. à vers. 13. usq. ad 23.

Marc. 6. à vers. 31. usq. ad 46.

Luc. 9. à vers. 10. usq. ad 17.

THESIS PRIMA.



αὶ ἰδία ἐκάσῳ, καὶ κοινῇ πᾶσι σκοπεῖ, ἔσοχάζονται, inquit Arist. 1. Rhet. ad Th. c. 5. Ne itaq; hac in præsentī pericope Evangelica, cū *theoreticè*, tūm *practicè* more solito ventilanda, extra Evangelistę alveum quasi expatiari videamur, hisce in limitib.

ac terminis nosmet continebimus : ut textum ἐξηγητικῶς explicemus *primum*; deinde ζητήματα ex eo controversa fluentia subjungamus : hac quidem διεξόδῳ, ut potissimum *Salvatorem nostrum omnium* ἔ contemplationum ἔ actionem scopum summum ἔ primum consideremus, 1. ἀπελθόντα *abeuntium*; 2. σημεῖον ποιῶντα, *signum edentem*; 3. ἀναχωρῶντα *secedentem*: Sic enim cum Paulo non judicamus, nos quicquam *scire*, nisi Jesum Christum 1. Cor. 2. v. 2. Sic imitati Apostolos Act. 3. v. 6. c. 4. v. 30. εἰ τὰς δυνάμεις, sive Διὰ τῶν δυνάμεων Ἡσοῦ χριστοῦ, rem aggredientes, non possumus *non benè operari*: quippe qui ἀεχνηχὸς τῆς σωτηρίας, δι' ἧς τὰ πάντα Heb. 2. v. 10. Et *hujusmodi trimembris partitio*, non tam obscure innuitur, quàm manifestè colligitur ex vv. 1. 14. & 15.

A 2

Εὐχα-



Ap. 1. v. 9.
P/ 7. v. 8.
Job. 14. v.
18.
Job. 14. v.
26.

Εὐχομαι ἐρχομένῳ, ποιῆντι τὰ θαύματα, ὅμοια,
ταῦτα ὑπομινᾶ μοι πάντα τὰ πνεῦμα Ἰησοῦ.

MEMBRUM PRIMUM.

ὁ χριστὸς ἀπελθὼν.

Membrum, mi r. a. l. s. s.

T. s. n. y. q. v. 1. & 4.

II. Membrum, quod primum sibi vindicat locum, sex *δεσῶσι* absoluitur: quarum 1. tempus innuit. 2. iter desinit. 3. abeuntem nominat. 4. terminum, à quo vel per quem describit. 5. Comitatus seu sequentium & numerum ponit, & animum exponit. 6. & ultima termini ad quem delineatione finit.

III. Circa 1. perpendendum venit, quod dubium fortasse legenti movere posset; quodnam tempus per *μέτ' αὐτοῦ* intelligi debeat? [α] *an illud*, quo persequebantur Jesum Judei & quærebant ipsū occidere, quod non tantum solvisset Sabbathū, sed & Patrem suum dixisset Dominum, æqualē se faciens Deo, quod ait in proxime præcedenti cap. 5. noster Evangelista v. 16. & 18. antequam enim hora Christi venerit, videmus persecutionis tempore ipsum sibi fuga consuluisse, præsertim apud eundem Evangelistam cap. 8. v. 59. exivit Jesus de templo, & ita præterit. [β] *an illud*, quo audierit Christus à discipulis Johannis, amputatum fuisse caput ejus in carcere ab Herode, quo de Matthæo c. 17. v. 12. & 13. nam ob causam eam à Christo vocatur Herodes vulpes Luc. 13. v. 32. quod sibi ab eo cavendum sit, ne & sibi, æquè ac Johanni factum, struat insidias. [γ] *an illud*, quo congregati fuerunt Apostoli ad Christum, & renunciaverunt ei omnia, & quæ missi ab eo egissent, quæque docuissent: quibus Christus responderit, venite vos soli seorsim *καὶ ἀνεπαύσαθ' ὀλίγον*, ut refert Marcus c. 6. v. 31. & ex parte Luc. c. 9. vers. 10. qui enim dormit & suas resumere vult vires Matth. 8. v. 24. quī invideret quietem Apostolis, utpote qui propterea quæ fecerant, essent defatigati, & tantum temporis non suppeteret, ut cibum capere potuissent.

IV. *Brevitius*, à quo & alii ne latum quidem unguem discedunt, de [α] ita sentit homil. 1. in Joh. c. 6. Non est sentiendum, quod Jesus statim post concionem, quæ in sup. cap. descripta

descripta est, secessit trans mare Tiberiadis. Huc usq; ille. Et certe si reliquos tres Evangelistas, qui nostram etiam describunt historiam, adhibemus: tantum abesse deprehendemus, ut hanc temporis partem definiant, quam Johannes definire videtur, ut potius ne unico quidem verbulo mentionem faciant disputationis Judæorum cum Christo habitæ. 1. Evangelista E. ex Evangelista expl. candus. 2. Et per istud *μέχρι ταύτη* non individuū illud temporis disputationis, sed species intelligenda. 3. Inspiciantur deniq; v. 1. e. 5. & c. 6. v. 4. & res absque omni dubio erit plana.

V. De [β] & [γ] hæc est *Hunnii* sententia: Com. in h. cap. Joh. cum nunciaretur Christo atrox illud scelus ab Herode commissum, decollatio nimirum Johannis Baptistæ: Jesus conscendens navim trans mare Tyberiadis in desertum locum concessit, ut & periculum vitaret, & aliquantum à laboribus suæ vocationis respiraret. Non ideoque hæc duo debent disjungi.

VI. De II. ἀπῆλθεν τῆσαν τῆς θαλάσσης, inquit Evangelista. Ubi ne quis opinetur, Christum & hoc loco esse *ἐπιπαύσιντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης*, quemadmodum fuisse legitur paulo post hoc eod. cap. vers. 19. Idecirco ad τὸ ἀπῆλθεν, adjicit, Marcus τῷ πλοίῳ navigio c. 6. v. 32. cum quo & Matthæus facit cap. 14. v. 3. Qui duo Evangelistæ simul atq; Lucas, c. 5. vers. 5. cit. addunt particulam, καὶ ἰδίαν, hoc indicantes: Christum non simpliciter abiisse & secessisse, sed in locum a liquem secretiorem se contulisse, ut esset locus cibum capiendi & vires recolligendi idoneus, veluti jam ante meminimus.

VII. Quis autem abierit, docendum sequitur, quod III. vers. eod. ubi neminem hic audimus alium, *πρώτω* intellectum nisi Jesum, ab Angelo antequam conciperetur, & post nativitatem à circumcidentibus sic vocatum, quod salvum facturus esset populum suum Matth. 1. v. 2. Luc. 2. v. 4. qui hoc non tantum loco abire cogitur: sed & in toto vitæ curriculo conqueritur. Vulpes foveas suas habent Matth. 8. v. 20. Hinc de ipso infante scribitur Matth. 2. v. 4. ex Ose. 1. v. 1. assumpsit Joseph puerum & matrem ejus, & ἀνεχώρησεν εἰς Αἰγύπτου. Idem rogatus à Gardarenis,

Hunnii

locus

darenis, ut decedat è finibus ipsorum, Matth. 8. vers. ult. ingressus in navem trajecit, ib. cap. 9. i. cùm Pharisei coeperant consilium, quomodo illū perderent, ἀνεχώρησεν rursus. ib. c. 12. v. 14. & 15, Marc. 3. v. 6. & 7. versatur in Galilæa. Joh. 7. v. 1. Iterum ἀπ᾽ ἠλθὼν in regionem juxta desertum, in civitate, quæ dicitur Ephraim. 16. 11. v. 54. Hæc locutus ἀπελθὼν, ib. v. 36.

vers. eod.

VIII. In IV. quæritur [α] cur hic dicatur, Christum abiisse trans mare, cum tamen Lucas dicat loco alleg. eum secessisse in desertum civitatis Bethsaidæ, quæ civitas fuit sita cis mare, in ripa nempe occidentali, Illa v. loca, quæ trans mare sita sunt versus ortum mari adjacuerint. [β] quomodo fieri potuerit, ut turba præveniret Christum pedestri itinere, qui navigio vehebatur.

IX. Ad [α] sciendum, quod hic Evangelistæ non intelligant trajectum totius lacus, ab una ad alteram ripam, sed transitum ex uno situs anfractu in alterum, eo quod lacus ille in una eademque ripa interdum amplos sinus extenderet, qui ad compendium viæ navigio trajiciebantur, cum via pedestris longiores circuitus objiceret. Ad [β] ita respondet Harm. Evangelica cap. 67. locum illum Genezareth circumire & pedestri itinere ad idem desertum Bethsaidæ penetrare potuit, ita tamen, ut Jordanem vel per pontem aliquem transferint, vel ejus aquas transfundaverint, quod cum in superiori parte, antequam vel mare Tiberiadis illabitur, tum in inferiori parte, ubi idem rursus egreditur, fieri potuit. Hæc illa. Ardor itaque, qui fuit in populo Christum videndi, fecit ut facillimè Christum & discipulos prævenire potuerit, ita, ut, undecunque Christus navi solverit, turbæ ad decem milliaria terrestri itinere conficere coactæ fuerint.

V. Vocatur autem hic locus, à quo seu per quem abiit, ἡ θάλασσα, mare, non quidem istud magnum ac salsum mare, quemadmodum in prima creatione vocabantur congregationes aquarum Genes. 1. v. 10. sed ut annotavit Flac. mare vox latius patet in Scripturis, quàm in prophanis Scriptoribus: nam crebrò vocantur hac voce illa Judaica stagna, ut mare Tiberiadis, mare Galilææ, mare mortuum. 2. describitur

bitur à regione Galilææ. 3. à civitate τῆς Τιβεριάδος : quæ insignis dicitur fuisse urbs Galilæarum maxima metropolis regionis Decapoleos & inferioris Galilææ, versus Orientem ad mare terminus : unde & mare hoc cognomen accepit, quod mare Tiberiadis dictum est. Hoc mare ita etiam nominatum apud Matth. 4. v. 18. vocat Lucas stagnum Genezareth. c. 5. v. 1. cuius etiam mentio fit Matth. 14. v. 34.

XI. V. *quod concernit*, seqq. nim. vocat eos Evangelii *vers. 2.* *σταί.* ἀκολουθῆντες, à modo sequendi, ob hanc procul dubio causam, quod comites sint individui, ut cum eodem iter suscipere, sive id terra etiam fiat, sive mari, haud gravatim velint : cum illud, ut notum, ἀκολυθῆω ab ἀσρητικῇ προομιᾷ usurpata & κέλευθὸς via & marina & terrestris descendat. Quo in quidē non minimā hæc turba meretur laudem, quod neq; more Israëlitarum 1. Reg. 18. v. 19. Baalim, neq; σεσοφομύθους μύθους, 2. Pet. 1. vers. 16. sed istum sequitur, qui ait Joh. 8. v. 12. ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, & μὴ πᾶσι τῆσδε ἐν τῇ σκοτίᾳ : Verum qua mente id ipsum fecerit, jam ostenditur. 2. à numero, qui est πολὺς repetitus etiam v. 5. & restrictus vers. 20. ad determinatum. 3. ab animo sequendi : sunt hi ἀκολουθῆντες non ἀκρότες, sed ὁρῶντες : ὅτι ἐώρων τὰ σημεῖα : quò etiam tendit Matth. 14. Etsi ideoq; Christus aliquoties quidem miraculis suis, pro tintinnabulis & campanulis usus fuerit, quibus ad conciones auditores vocaverit, & attentionem in eorum animis excitaverit : parum tamen abest, quin illud audire cogatur hic populus, quod regius Joh. 4. nisi σημεῖα videritis, non creditis, & Thomas Johan. 20. v. 29. beati qui non vident; cum de Christo sic locutus Deus ipse de cælis fuerit, Matth. 17. v. 5. αὐτὸ ἀκούετε : cum beati οἱ ἀκρότες sermonem, Dei, Luc. 11. v. 28. cum ex ἐξ ἀνοῆς fides Rom. 10. vers. 17. Interim tamen doctiores discipuli hi sunt suis, qui se profitebantur Doctoribus, honestius de Christo sentiunt idiotæ, quàm Clerici Hierosolymitani, & modestiores oves atq; Pastores, qui Luc. 11. vers. 15. per Beelzebub Christum ejecisse Dæmonium dicebant.

XII. *Miracula*, de quibus dicitur, quod videre cupiverit populus hîc, & alibi Pharisæi, Scribæ & Sadducæi quærunt,


runt, ac Græci postulant, Matth. 12. v. 38. Matth. 16. vers. 1.
Marc. 8. v. 11. Luc. 11. v. 16. 1. Cor. 1. v. 22. vocantur *σημεία & τέρατα* Johan. 4. v. 48. *τέρατα* ab *εἶδος*, quod peculiares erant nota, & ubi aliquid singulare exerebatur & extrahebatur. Habebant enim quidem vulgaria objecta, in quibus tamen mirabile quid conspici liceret, ut *ἐν τῷ ὕδατι*, Joh. 2. v. 9. aquæ in vinum versionem; *ἐν τῇ σαλάσσῃ καὶ ἀνέμοις*, illorum prohibitionem Matth. 8. v. 26. *ἐν τῷ ἄρτι*, copia exigua hominum multorum saturationem, ut hîc, *ἐν τοῖς ἀδυνῆσι*, infirmorum restitutionem, hîc; *ἐν τοῖς πελῦσσι*, Joh. 4. v. ad vitam revocationem.

XIII. *Manifestam* autem reddebant & declarabant, tanquam iufallibilia signa, CHRISTI I. *δοξάν καὶ παντοδυναμίαν* omnipotentiam Joh. 2. v. 11. qui talia edebat, quæ nuda creatura nunquam potis erat præstare. 2. *ὁμοσίαν, ἰ. ε. ἑοίας σὺν Θεῷ πατρὶ τῶν ὁμοίων* essentia cum Patre idenditatem, Joh. 10. vers. 38. 3. *Divinam missionem*, & quemadmodum Pharao facillimè colligere poterat ex signis à Mose editis ipsum divinitus esse missum, quibus etiam *Moses* à Deo instruitur & confirmatur, Exod. 2. v. 17. veluti etiam *Gedeon* signo certificari vult à Deo, se futurum esse populo libertatis assertorem Jud. 16. v. 17. Ita & dubium nemini esse potuisset, visis his, cum Christo verè Deum esse, & ab eodem in mundum missum, id quod etiam Pharisæis Christus objicit, Joh. 10. v. 38. quamvis in Christo planè singulari & longè alio modo Deus fuerit, quam cum ullo hominum, quapropter & Petrus Act. 10. confirmans scopum hunc, Deum cum Christo fuisse non simpliciter argumentatur v. 38. ab illo, quod sanaverit omnes oppressos à Diabolo, sed insuper præmittit, quod Deus unxerit eum Spiritu & virtute, vers. 38. & subjicit, quod suscitaverit eum tertia die v. 40. quod ipse surrexerit à mortuis v. 41. quod sit constitutus à Deo, iudex vivorum ac mortuorum v. 42. quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum v. 43. quæ omnia simul sumpta in æternum de nullo alio, quàm de Christo dici possunt. 4. *ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡμεῖς* commiserationem Marc. 6. v. 34.

XIV. In

XIV. *In termino ad quem, quod VI. considerandum ve- vers. 3.*
 nit *τὸ πῆ*, quod *τὸ ὄρη* mons, propè Bethsaidam situs, & lo-
 cus ille desertus, de quo cæteri Evangelistæ, refocillationi
 Christi peraccommodus, qui pro situ suo vel umbram contra
 Solis æstum, qui in locis desertis solet esse intensissimus, vel
 peculiare aliquos & abstrusiores recessus quieti amicos exhi-
 bere potuit. 2. *τὸ κείθεν ἐκάθητο* sedebat: quod an authoritatis
 ergò factum fuerit, quemadmodum olim docentes consueve-
 runt, secundum cujusdam opinionem, non injuria dubitatur,
 cum ipse de se dicat Christus, Joh 8. v. 50. *ἔζητῶ τὴν δόξαν μου*: &
 quis sedet hic? nimirum Præceptor apud discipulos, Pastor
 apud ovculas, gallina apud pullos: Verior proinde causa
 apparet ex illo, *ἐπαπαύεσθ ὀλίγον*. 3. Addunt alii Evangelistæ
τὸ ποιῆν: explicatum per 1. *δέχεσθαι*, exceptionem humanam:
 qui enim non susciperet homines, homines qui nimiooperè di-
 ligit. Deut. 35. v. 3. & cujus delitiæ sunt, esse cum filiis homi-
 num. Prov. 8. v. 31. 2. *λαλεῖσθαι*, locutionem de regno Dei ami-
 cam: qui enim est in sinu Patris, *ἐκεῖθεν ἐξηγήσατο*, Johan. 1. v. 18.
 secundum illud aperiam os meum Matth. 13. v. 35. 3. *ἰᾶσθαι τὰς*
ἔχοντας χρεῖαν θεραπείας, promptam sanationem; non tantum
 est *ἰατρὸς* ille, *ἢ χρεῖαν ἔχουσι κακῶς ἔχοντες*, à peccatis infecti Matt.
 9. v. 12. Marc. 2. v. 17. Luc. 5. v. 31. sed & quo medicinam ad-
 hibenter cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, & leprosi
 mundantur Matth. 11. v. 5. secundum Esa. vaticinium c. 35.
 vers. 5.

XV. *Possit hic quis ἀκηχεῖν: Mons est Ecclesia, Esa. 1. v. 2.*
 1. propter firmitudinem: fundamendū n. ipsius Christus 1. Cor. 3.
 vers. 11. qui petra 1. Cor. 10. v. 4. adversus quam non prevalebunt
 portæ inferorum, Matth. 16. v. 18. 2. magnitudinem est & magna
 domus, in qua vasa aurea & argentea, boni simul & mali, 2. Tim.
 2. v. 22. ad quam convolabunt omnes gentes & populi multi, Esa.
 2. v. 3. 3. altitudinem, quā montes omnes & colles superat, Es.
 2. v. 2. Mich. 4. v. 2. Unde cum Christus multoties eam regnum
 caelorum vocet rectissimè caelo confertur, quo nullæ vicissitudines
 pertingunt, quod Deus conservat in aeternum. Psalm. 48. vers. 9.
 Mons hic est in deserto, ubi, 1. solitudo ab omni hominum societa-



te remota; sic Ecclesia columba in foraminibus petra, Cantic. 2. avis solitaria in deserto & tecto Psalm. 102. vers. 7. & 8. Esa. 11. vers. 8. 2. sollicitudo à bestiis hostibusq; varia: Sic ante mulierem stat Draco magnus ruffus, habens capita septem & cornua decem, & in capp. diademata septem Apoc. 12. vers. 3. Hostes sunt populi, gentes, reges. Ps. 2. vers. 1. Reges & Praesides, Luc. 21. v. 12. πνεύματα πλάνα & docentes διδατνα λείας δαιμονῶν, 1. Tim. 4. v. 1. Attamen in ea Christus cum discipulis: Matth. 28. v. 20. Ego ero vobiscum usq; ad consummationem seculi: & qui esset Sponsus absq; Sponsa, Job. 3. caput absq; corpore, Eph. 1. gallina absq; pullis, Matth. 23. Haftenus primum membrum.

SECUNDUM MEMBRUM.

ὁ χριστὸς σημεῖον ποιῶν.

THESIS I.

Ποιήσεως seu σημεῖα Christi notanda 1. ποιήσεως τὰ προηγμένα, 2. τὸ ποιηθέν. 3. τὰ ἐπόμενα, vel si mallet: σημεῖα τὰ 1. πρῶτα principium, 2. τὰ μέσα medium, 3. τὰ ὕστατα, exitum: utpote in omni actione seu motu. 1. est terminus à quo, 2. ipse motus. 3. terminus ad quem, ubi & quomodo finiatur actio: & si quid peculiarem denotans rem, antea nec visum unquam nec fando auditum nostris objicitur sensibus, veluti miracula & nova solent, illius & πρῶτων, quae inceperit ratione ab initio, & ἐπίτασιν, quos in medio acceperit progressus, & κατὰ πρόφην, an in fine posteriora correspondant prioribus, cognoscere cupimus.

Ad ILLUD referendus Christus,

II. 1. θεοσάμην, oculis vicens, 1. adventum magnum populi, ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται: 2. defectum panis omnimodum, πόθεν ἀγορεύσομεν ἄρτους.

III. 2. σπλαγχνίζομαι: visceribus & corde motus, Mare. 6. v. 34. ἐμφατικώτατον. Non dicitur διαιτήσεων, veluti Pater caelestis est talis Luc. 6. v. 36. nec ἐλεήμων, quemadmodum beatitudo & misericordia vicissim talis promittitur, Matth. 6. v. 7. sed σπλαγχνίζομαι, vel Jac. 5. vers. 11. πολὺ σπλαγχνῶ ad interiorem cordis

videns

vers. 5.

condescens

cordis, viscerum & omnium vitalium affectum denotanda, rectè enim Luther. illud vertit Apostoli: testis mihi est Deus, quam vos desiderem *ἐν τοῖς ἀλλογγοῖς* von Herzen Grund / Phil. 1. v. 8. dicitur enim *ἀλλὰ* Attica dialecto pro *ἀλλήν* splen, & partis appellatione totum significatur. Græci utuntur pro *μητρὶ* quo Hebræi, ut annotavit Harm. Evangelica c. 42. matricem appellare solent: sicut ergò matrix foetum complectitur, fovet & tuetur, facilèq; & tenerimè afficitur, quando foetui accidit aliquid: sic ejusmodi est *ἀλλογγοῦ*: & qualis propter matricem interna *σοφία* est erga liberos, talis hoc verbulo commiserationis affectus manifestatur.

IV. 3. *πειράζομεν*, tentans verbis & opere, *λεγέ* vers. 6.

πειράζομεν

πρὸς Φίλιππον.

V. *Ubi 1. tentans. 2. tentati. In tentante, 1. est objectum, quod ἀρετῆς panes, de quibus quæstio: cum enim in tanta panis inopia, tam ingens multitudo hominum adsit, quærit unde emendi panes, tot, quot populo sufficere possint. 2. subjectum, quod tale: αὐτὸς ἤδη τὸ ἔμελλε ποιεῖν, animo nim. non malo tentat, ὁ γὰρ ἀπειρασὸς ἐστὶ κακῶν, πειράζει ἀδύνα: Jac. 1. vers. 13. Qui tentatus, à quibusdam Israelitarum, 1. Cor. 10. v. 6. Num. 21. v. 6. Psalm. 160. v. 14. tentavit, ut probaret, in Abrahamo, fidem erga promissiones, Gen. 22. vers. 1. Hebr. 11 v. 17. in Israelitis, observantiam erga Leges Exod. 16. v. 4. obœdientiam erga vocem divinam Exod. 14. vers. 26. cor Ezechia, 2. Par. 32. v. 3.*

VI. *Tentatorum, cum sint numero duo, (quamvis hoc v. 7. 8. & 9. etiam in genere discipulis tributum legatur apud Evangelistas reliquos; non enim insolens est, quod unus & alter dicit in communi causa, id omnibus illius tribuere consortibus) duplex est 1. nominis impositio: Prioris: quod nominatur ὁ Φίλιππος, cujus legitimam nativitatem Joh. 1. v. 44. peculiarem ad Apostolatam ab ipso Christo susceptam vocationem, ib. v. 23. Confessionem Messia propter suffragium Mosis & Prophetarum constantem, ibid. v. 45 in cognoscendo Patre Christi ardorem summum, ibid. cap. 14. vers. 8. demandatæ provinciae operam sedulam præstitam Samaritanis, Actor. 8. vers. 5.*

πειράζομεν
λεγέ
πρὸς Φίλιππον
πειράζει



Eunucho Candacis Reginae v. 35. civitatibus cunctis, vers. 40. exponunt. *Posterioris*: qui i. describitur à vitæ genere, quod fuerit eis ἐκ τῶν μὲν ἡτῶν Christi: *Ubi Interpretes, querere solent, cur illud de Philippo quoque non dicatur, an Philippus ita excludatur discipulatu, cur tamen ejus fuerit addictus magisterio?* Musculi sententia de hac quaestione est: 1. *fortassis* propter somnolentiam librariorum è contextu esse amissam voculam ⁱⁿ adhuc: idcirco si illa addatur, rem nihil habere amplius quaestionis. 2. *recenset* opinionem alicujus, qui dixerit alium legendum esse pro uno. 3. *adducit* exemplum simile, ex Marc. 16. v. 7 quemadmodum non colligi possit ex eo loco, Petrum non esse discipulum, cum dicat Angelus: Dicite discipulis ejus & Petro: Ita non sequi idem hoc in loco. Hujus mentis ultimæ & nos sumus, respondentes ad primum idem quod ad secundum respondebat Musculus, præsertim cum nec ex veteribus, nec ex recentioribus occurrerit, qui adstipuletur. 2. *à nomine*, quod Andreas in numerum discipulorum à Christo allectus, Joh. 1. v. 40, confessus eund. ibid. v. 41. 3. *à familia*: fraternitate conjunctus est Simoni Petro, qui aliàs ob pietatem in Christum magistrum, Johan. 6. v. 68. & 69. fidelitatem & sedulitatem in officio Act. aliquot locis animositatem in carcere Herodis & catenis eo ferendis, Act. 12. v. 5. dexteritatem in sanandis infirmis & mortuis etiam resuscitandis Act. 3. v. 7. Act. 5. v. 15. Act. 9. v. 34. clarus & notus.

VII. *Duplex præterea διαλογισμὸς, sive ad objectum responsio*: *Prioris* respicit pretium certum: videlicet ducentos denarios: quos si ad nostrâ referes computationem hodiernam, emergent flor. vulgares 40. Imperiales taleri 24. cum gr. 18. Rhenani 20. denarius enim (qui apud Romanos dicebatur, quod pro decem assibus in solutionem cederet, & alicubi secundum Harm. Evangel. vocatur Schreckenberger / à loco, in quo primum hæc moneta cusa, vel Engelgrosch / ab imagine impressa) valebit 4. gr. cum 2. num. *Posterioris*: cibum certum, nempe 5. panes ex farina hordei confectos ideo nominatos, ut revocarent in memoriam miraculum Helisæi, qui 25. panibus hordeacis pavit centum viros, 2. Reg. 4. v. 24. & pisces duos

duos ὄψαρια, ne quis opinetur ingētes fuisse pisces, veluti in ma-
ri nonnunquam capiuntur, sed tantum opsoniolum. Matt. c.
15. vers. 34. in similis ferè multitudinis saturatione usurpat
ὀλίγα ἰχθύδια paucos pisciculos. Dicitur autem hoc
ὄψαριον, ab ὄψε, id est serò, quod veteres vesperi tan-
tum ejusmodi cibis & seduliis, sive frixis, sive elixis, sive assis
præter panem, utebantur, quod serò tantum, voluptatis gra-
tia in usum veniebant: antiquitus enim frugaliter vivebant
nobis.

VIII. 3. *Duplex tandem est propria decisio: Prioris,*
quenquam pusillū tantum accepturum dicentis, si in promptu
sit pecuniæ summa memorata: si enim panes ejus valoris de-
beant sic distribui, ut fiant mensæ quinquaginta, quibus singu-
lis personæ accumbant centum, & apponantur panes, quot
floreno nostrate cōparari poterant, unusquisq; fortassis acce-
prurus est frustrum precii duorum nummorum], integra
mensa præterita & mulierib. ac pueris adhuc prorsus esurien-
tibus. *Posterioris:* etsi tot præstò sint panes cum pisciculis
duobus, tamen ne minimam partem hominum saturari posse,
non injuria arbitratur. Quinq; enim mensæ accepturæ sunt
singulæ panem, reliquis prætermis.

IX. *Ad ISTUD quod attinet: facti seu signi Christi, v. 10. & 11.*

1. *causa efficiens* repetitur, quæ nulla alia quàm nota, JESUS.
2. *Modus explicatur per τὸ ἀνακλιθῆναι, ἀναπίπτειν, ἀνα-
κλιθῆναι* generale, more illo tempore in convitiis
usitato, dum protensi recumbebant humi, seu in pavimento
lectis instrato, ita ut quasi circulum quendam facerent, capi-
tibus quidem semper introrsum ad epulas, pedibus verò ex-
trorsum perrectis: Speciale exprimit Marcus, quod singuli
discubitus, & συμπόσιοι καὶ τῶν ἑσθιαίων comprehenderint quinquage-
nos & centenos. 3. *Locus demonstratur:* 1. à commoditate, est
ibi gramen. 2. à multitudine, πολὺς χόρτος. 3. à jucunditate erat
viride gramen. 4. *Objectum determinatur,* quod est, 1. *respectu*
generis, ἄνδρες, viri: mulierum & puerorum, quod addit Matt.
non habetur ratio: ex veteri & receptâ Judæorum consuetudi-
ne, qui viros solos numerare solebant. 2. *numeri:* ὡσὶν πεντακίσ-
χιλιοι, fermè quinquies mille.



X. *Forma definitur*: per 1. λάψιν, acceptionem panum, accipit nimirum panes in illas manus, quæ non sunt abbreviatæ Num. 11. v. 23. Esa. 59. vers. 11. 2. εὐχαριστίαν, gratiarum actionem, hoc enim ipso in apice se libens ultroq; voluit subijcere legi Deo gratias agens, secundum illud Deut. 8. vers. 10. 3. εὐλογίαν, benedictionem, quomodo etiam εὐλογητός θεός, Rom. 9. v. 5. non benediceret. 4. κλάσιν, fractionem: 5. εἶσιν, distributionem Christi & discipulorum: discipuli enim qui erant futuri οἰκονομοὶ τῶν μυστηρίων, dispensatores mysteriorum. 1. Cor. 4. v. 1. fiunt hic etiam panum distributores.

vers. 13. &
14.

XI. *Ad hoc quod spectat, sequitur Christi* 1. *Mandati expositio*, quod sit 1. quale? colligant: 2. quid? πλάσμα fragmenta. 3. cur? ne quid pereat.

XII. 2. *Mandati executio*, respectu 1. *qualitatis* collegant. 2. *quidditatis*, fragmentorum duodecim cophinos. 3. *causalitatis*, quæ superfuerunt, ut ne mica quidē perierit. *Contra dilapidatores* igitur pro frugalitate nobis hic exurgunt argumenta plurima: 1. à mandato: hîc & alibi; abi piger ad formicam colligentem cibum in messe, Prov. 6. v. 8. 2. ab etymo, qui enim & hîc cum Christo non colligit, dispergit, Luc. 11. v. 23. 3. à comodo & superfluo, substantia enim quæ paulatim colligitur, manu multiplicatur Prov. 13. v. 11. 4. ab exemplo discipulor. hic à majori, formice, Prov. 6. à minori, διασπείζοντι Luc. 16. v. 1. à contrario. 5. à damno, pereunt fragmenta, nobis, quibus sustentari in posterum potuissemus, proximo esurienti, cui frangendus panis, Esa. 58. Deo, qui illa dedit. *Fuit secundum membrum: devenimus ad tertiam.*

MEMBRUM TERTIUM.

ὁ χριστὸς ἀναχωρῶν.

THESIS I.

v. 14. & 15.

Quæ secessio consumitur enumeratione. I. αὐτὸς προκαταρτὴν κῆ, quod turba, quæ viso signo dicunt ipsum, esse.
II. 1. ἀλλ' ὡς τὸν προσφύτην, illum nempe, de quo Deut. 18. v. 18. & 19. cum Johanne Baptista Joh. 1. v. 27. cum muliere Sama-

Samaritana Joh. 4. v. 19. cū populo Nainitico Luc. 7. v. 16. cuius
 προφητείας αὐθ' εντία, ex illo Dent. 18. v. 19. apparet, quod declarat. 1.
causa efficiēs, Christ⁹ à Deo mittitur ἐν ἀρχῆς φλέν ἡ πατὴρ εἰς τὸν κόσμον.
 Joh. 10. v. 36. id quod ib. multoties contra Judæos reclamitantes
 urget; legatur tantum etiam illa universalis coram Judæis & dis-
 cipulis missio divinitus confirmata & sæpenumerò apud Ev-
 angelistas repetita Matth. 3. v. 17. cap. 17. vers. 5. Luc. 9. v. 35.
 2. *Objectum missionis*: Christus Judæis mittitur, non sum-
 missus nisi ad oves perditas domus Israelis Matth. 15. vers. 24.
 3. *modus missionis*: exuscitabo eum Act. 13. v. 23. 4. *similitudo*
mittendi, cum Mose, in exaltatione ænei serpentis Num. 21. v.
 9. Joh. 3. v. 14. in jejunatione per quadraginta noctes atque
 dies Exod. 34. v. 28. Matth. 4. v. 2. in mediatione inter Deum
 & homines Deut. 5. v. 5. 1. Tim. 2. v. 5. 5. *locus ex quo mittendus*:
 ortu n. Christus & natura ex semine David Rom. 1. v. 3. patriâ
 Nazarenus Joh. 1. v. 45. 6. *Doctrina*: Christus τὰ ῥήματα ἑ θεῶ
 λαλεῖ. Johan. 3. v. 34. 7. *Pœna*: ob doctrinæ neglectum meri-
 tis pœnis homines à Deo afficientur. Matth. 11. vers. 20. seqq.
 IV. 2. vocat ipsum ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, benedictum il-
 lum, qui veniat in nomine Domini, secundum Psal. 118. v. 26.
 quod ipsum discipulis Johannis demonstratur Matth. 11. v. 5.
 variis miraculis & certè evincentibus venturum hunc, esse
 prædictum à Prophetis hinc & inde, & ab omnibus expecta-
 tum.

V. 2. αἰὶς προσηγμένε, γνῆς cognoscit: in ipso n-
 nt πάντες θυσταυροὶ τῆς γνωσεως, Col. 2. v. 3.

VI. 3. αἰὶς προσεχῆς, quod est 1. populi ἀρεπάζειν
 quo significatur, Christum minimè auram captasse popu-
 larē aut ἡλλαγία operā dedisse, quod vitium & intolerabile
 est & exitiosum. 2. ποιῆν τὸν βασιλῆα, opinione enim & eadem qua
 ceteri populus hic imbutus est opinione, quasi Messias munda-
 nam sectari velit & debeat ἐξοχὴν.

VII. 4. τόπος est ὅρα ille mons, cuius antea facta mentio.

VIII. 5. πόπε. 1. est solus. 2. orans.

IX. Et tantum de ἐξηγήσει Theoreticè: sequuntur
 ἐξηγήσειτα practicè. In quibus cum meri-

to etiam



to etiam eundem ad scopum collimemus, talium ^{δέκας} deprehenditur, quæ notis hæcæ seqq. suppeditant. 1. ^{μετὰ ταῦτα}, v. 1. 2. *fuga*, v. eod. 3. *signa & miracula*, v. 2. 4. ^{ἐναντιοφάνεια}, v. 2. & 26. 5. *Divinitatis nota*, v. 12. 6. *Transsubstantiationis Pontificia in Sacramento Eucharistia à Christo instituta apparentia*, vers. 9. 7. *unius speciei in eodem sufficientia*, v. 11. 8. *gratia ejus an sit dubia*, v. 6. 9. *διλογία*, v. 11. 10. *humana natura*, per tot.

PRIMUM Ζήτημα.

An cap. 6. Johan. loquatur de Cœna Domini?

Stapletonus pro more suo Lutherum nostrum, negativam statuentem, impurum, & hæreticum nefarium appellat in Prompt. cath. part. 2. p. 138. Nos ex hoc nostro Evang. principio & uno vel altero saltem versiculo hujus c. pro nostro Lutero stabimus, argumentantes: 1. *à circumstantia temporis*, quæ diversa manducationis in Eucharistia, & hoc loco. 2. *ab effecti diversitate*, manducans in Eucharistia, potest sibi etiam sumere iudicium, 1. Cor. 11. v. 29. sed qui manducat hic non moritur, v. 30. vivet in æternum, v. 31. habet vitam in se, v. 34. 3. *ab absoluta necessitate*, in Eucharistia enim ^{ἵνα} nim. si nō adsint pueri, infirmi, ratione destituti, privati, ubi nō privatio, sed contemptus damnat: hic ^{ἄλλως} nisi ederitis, inquit Christus & biberitis, non habebitis vitam in vobis v. 53. 4. *ab objecti definitione*, in Eucharistia sunt etiam indignè edentes, ex Paulo; hic non nisi ^{πιστεύοντες} v. 35. & 47. Ultra igitur erit impuritas & hæresis, an Lutheri nostri cum puritate Evangelica consentientis, an Stapletoni, fermento Pontificio mixta & Evangelistæ repugnans?

SECUNDUM.

An persecutionis, famis, pestis &c. temporibus fugiendum?

Quod non sit fugiendum, videtur probare. 1. *Dei potentia*, in cujus manibus sortes sunt nostræ præstita tempore persecutionis *Elia*, 1. Reg. 17. v. 9. famis, *Abrahamo* Gen. 12. v. 10. pestis *Davidi*. 2. *Angelorum custodia*, Angelis suis mandaturus est

est de te Psalm. 91. v. 11. 3. *fidei præstantia*, quæ *ὑπομονὴ τῶν ἐν ἁγίοις*, Heb. 11. v. 1. 4. *fortitudinis excellentia*, quæ versatur circa *ἁγία*, mors a. *τῶν φερόμενων*: 5. *inferendis pœnis peccatorum patientia*, cum *ἡ ὑπομονὴ* fructus ferendi, quia *ἡ ψυχή τῆς ἀμαρτίας δάσκατος* Rom. 6. v. 26. 6. proximi charitas, quem diligamus ut nos ipsos, Matth. 22. v. 38. 7. *Martyrum exempla*.

Verum 1. *opponimus* his, ut ita progrediamur, exempla Christi hîc, & alibi Matth. 2. v. 13. & 14. v. 13. Luc. 4. vers. 20. Matth. 12. v. 12. Abrahami Gen. 12. v. 10. Lothi Gen. 19. v. 17. Sap. 10. v. 13. Jacobi Gen. 27. v. 43. Mosis Exod. 2. v. 15. Davidis 1. Sam. 19. v. 20. Eliæ, 1. Reg. 19. Abiatharis, 1. Sam. 2. Pauli, 2. Cor. 12. Pauli & Barnabæ Act. 19. v. 6. quæ majoris omninò momenti. 2. *distinguiamus*: Sumus vel publico fungentes officio, vel privati vivimus: idque vel soli, vel cum aliis: soli publici tenentur manere, cū aliis, quid nū fugere possint; Privati proximo charitatis officia præstare obstricti sunt, si illorum opera desiderantur: multi autem, si præstò sint, qui eorum vicem supplere queant, quin fugiant, quid prohibebit? 3. *limitamus* patienter ferenda mors, si venerit hora nostra: Si enim obstabunt priora, præsumitur, horam nostram nondum venisse, cum Christo igitur fugiendum. 4. *Monemus*, cavendum, ne ex virtute fiant vitium, & audacia, fortitudinis nomen sibi vendicet. 5. *Iterum distinguiamus*, fides non consideranda, quanta vel qualis, sed in prædicamento relations reponenda, utpote quæ gradus recipit, & infirmi etiam recipiendi, Rom. 15. 1. Cor. 12. 6. *προσδιορισμὸν* adjicimus, Angelis mandaturus est de te; in omnibus viis tuis dicto loco. 7. *Tandem concludimus*, aliud est potentia Dei, aliud voluntas, cujus & hic non semper est velle peccatoris mortem: Si enim ejus jussu quæramus victum & amictum, si ejus instinctu naturæ indito quilibet carnem suam amet. Genes. 2. Eph. 5. cur vivere non magis, quod potiùs quàm victus, quæreremus & mortem averfemur.

TERTIUM.

An signa sive miracula sint Ecclesie notæ?

Cum hoc loco dicat Jesuita Costerus; Ecclesia non miraculo-

raculorum signis, sed fidei solidati innititur, non possumus, quin huc accersamus verba *Bellarmin.* ejusdem cum Costero ordinis, q̄ miracula inter unā veras esse notas Ecclesiæ contendit, distinguentes eā ab omni falsa religione, l. 4. de notis Ecclesiæ cap. 3. Cui si quis pro Costero, & sic etiam pro nostrati Ecclesiæ opponeret, illam locutionem, quam Christus, & *πίσω ἀλλή* *θείας & παραδόσ̄ς εἰτε ἀγ̄ λόγος εἴτε δι' Ἰησοῦ λῆς*, quam Paulus signis præmittit, & majoris pretii judicat. Johan. 15. v. 22. 2. Theff. 2. v. 13. & 15. fortè tamen regereret Ecclesiam fidei soliditati, locutioni Christi, & traditionibus Pauli inniti, quo ad evidentiam rei, ut ille loquitur, attamen inniti Ecclesiam miraculorum gloriatiōni, quo ad evidentiam credibilitatis. Quare ex ipsius hypothēsibus colligimus sic, manentes in termino hoc.

Respectu
ἀγάγματος
Respectu
πισότητος

I. *Ex primo nota requisito: sint proprie, inquit: Miraculorum patratio non est propria: probo: 1. cum Mose est communis incantatoribus Exod. 4. Exod. 7. v. 11. & 22. c. 8. v. 7. Erat hic expressa evidentia credibilitatis apud Pharaonē. 2. Cum Christo communis est Pseudochristis. Matth. 24. v. 24. hæc enim facerē ad evidentiam credibilitatis, certum, 1. ex signorum definitione erunt magna & τέρατα. 2. Ex electorum inductione. 3. à Christi prædictione, quæ facere possunt ad evidentiam credibilitatis iterum. 4. cum Christo, Antichristo, 2. Theff. 2. vers. 9. hic iterum indubitata evidentia Bellarminiana. 1. ab effectu erunt ἐνέργεια πλάνης εἰς τὸ πισεῖν αὐτὸς ἐν τῷ ψεύδει, ut credant mendacio v. 11. 2. ab objecto, qui amorem non receperunt veritatis. v. 10. 4. Cum agno communis est Satana: Apoc. 13. v. 13. evidentia rursus credibilitatis non incredibilis: 1. à definitio sunt signa magna. 2. ab exemplo, ignis de cælo descendens. 3. ab effectu, seducit. 4. ab objecto, homines inconspectu hominum: digitum intendens in id, ut facillimè credant.*

γνωριμαί

II. *Ex secundo nota requisito: sint notiores re: miraculorum patratio non est notior Ecclesia: cui enim manifestum, an suam originem trahant à potestate divina: an Angelica: an humana: an præternaturali, an naturali, an imaginatione, saltem fiant, an excœcatis ita offerantur, ut inde possit manifestari Ecclesia.*

III. *Ex*

III. *Ex tertio nota requisito: sint inseparabiles à re: à quibus.*
monstrent enim hodierno die in finibus nostris & ipsi suæ Ec-
clesiæ fictæ miracula: quod enim Adversarius multis depræ-
dicat *Francisc. Xaverium*, qui claruerit miraculis plurimis, sa-
naverit paralyticos, surdos, mutos, mortuum etiam ad vitam
revocaverit, illud, quoniam petatum est 1. ab incertitudine.
2. à testimonio proprio, an certò nobis persuaderi possit, du-
bitamus, meritò in propria causa proprium rejicientes & re-
pudiantes testimonium.

QUARTUM.

*An contrarietas in Evangelistæ & Christi ver-
bis vers. 2. & 26.*

Verba *Evangelistæ* sic habent: sequebatur eum turba
multa, quia videbant ejus signa: *Christi* verò, quæritis me,
non quia vidistis signa: sed nullo hoc loco contrarietas. Sim-
plicem enim *Christi* locutionem non esse, prout quidem *Ev-
angelistæ* est, ex seqq. ejusdem v. verbis luce meridianâ cla-
rius: cur enim adderet, quia comedistis de panibus: id ipsum
enim erat quoq; *Matth. v. 14.* Sensus igitur eò recidit: vos tur-
bæ, eum non intenditis finem in signis, quem debe-
batis memum intendere, illum nempe, de quo s. dictum, &
signa non quæritis propter signa, sed propter vestram satura-
tionem: Rectè igitur *Jansenius* hoc loco: Turba non quære-
bat *Christum* propter *Christum*, sed propter seipsam, non
propter Spiritum, sed propter carnem, sperabant enim *Chri-
stum* in posterum seqq. se prospecturum de alimento, ut jam
fecerat, *secundum illud August.* Quàm multi non quærunt *Je-
sum*, nisi ut ipsis beneficiat secundum tempus.

QUINTUM.

An Christus Salvator sit Deus?

Quod sit, probatum damus 1. *ab omniscientia*, quæ omni-
bus apertissima ex præscientia 1. *facti*: ipse sciebat, quid esset,
facturus: Atqui hæc divinitatis nota; non dicit, ipse sciebat,
quid esset petiturus à Deo, nec quid conaretur, sed quid esset
factu-

facturus, 2. *cogitati*: tūm quid de signis suis sentirent, & quo animo ipsū sequerentur turbæ, ut ex præcedentibus videre est: tūm quod essent venturi & rapturi eum, v. 15. Homo itaque *φελος* videt, quæ apparent: Dominus autem hic *ἀφωροδω* & *φελος* cor intuetur: quod tributum legitur Deo I. Reg. 16. v. 8. 2. *ab omnipotentia*, quæ nemini itidem obscura esse potest: 1. *Ex Saturatione* tot hominum, tali panis copia, quod simpliciter omnibus Angelicis, Diabolicis, humanis virtutibus in æternum impossibile. vers. 12. 2. *ex collectione* tot fragmentorum, v. 13. quod itidem omnem talium superat potentiam.

SEXTUM.

2. *An panis in Eucharistia sacrosancta transsubstantietur in corpus Christi?*

Evincere hoc conatur *Costerus* super Evangelium hoc, & cum ipso *Jansen*. in Concord. Evang. super c. 6. Joh. ille quidem ut ipsi videtur *Scripturæ testimonio*; hic verò *rationis suffragio*. Sed quomodo, paucissimis videbimus: Verba *Costeri* sunt hæc: ut tam ingens multitudo satiaretur aliæ creaturæ in panes piscesq; miraculosè mutatæ sunt: In hoc Sacramento panis in corpus Christi transubstantiatur. *Talia verò Jansen*. Quicquid alicubi incipit esse, aut incipit, ibi per creationem, aut per motum localem, aut per conversionem alterius in ipsum.

At enim verò quis non videt *rationem primam esse impiam*: utpote, quæ textui toti reclamatur: nullibi enim tale, quid hanc confirmans sententiam, ne verbulum quidem, vel secundum literam expressum, vel secundum bonam consuetudinem extructum, reperitur: *secundam verò ineptam*, quippe *Jansenius* tam novit, quàm digitos suos novit, ineptè has argutiunculas ad tantum posse trahi mysterium. *Si tamen utrisq; placeret, audire veras collectiones*, ipsis contrarias, & tamen ex *Scriptura*, & ex *rationis norma*, petitas meliori fortassis consequentia. *Illius generis* damus verba institutionis, panis post benedictionem etiam mentionem facientia, & à Paulo

Paulo etiam sic repetita Matth. 28. v. 36. Marc. 14. v. 22. Luc.
22. v. 19. I. Cor. II. v. 23. *Hujus v. eam*: accidentia panis inte-
gra manere, abolitâ & conversa in aliud substantiâ, implicare
contradictionem, esse σιδηρόξυλον & atramentum rubrum: Resp.
ideo Jansen. *nonne* dabitur quartum, nimirum per Sacramen-
talem unionem: *preterea*, quid dicet ad ἕνωσιν in CHRISTO
ὑποστατικῇ duarum naturarum: *an ibi* motus localis, an conver-
sio unius in aliud? Eutychianismus hic, ibi Marcionismus.

SEPTIMUM.

Una species in Eucharistia an sufficiat?

Sic arbitratur *Costerus*, cujus in hom. super Evang. hoc
talis est ratiocinatio: Quemadmodum hic Christus populo
nullum administravit potum, quod cibus etiam potionis vi-
cem supplens sitim sedaret; Ita & in hoc venerabili Sacramen-
to sub panis solius specie distribuitur, continens non tantum
carnem Christi, sed etiam sacratissimum ejusdem sanguinem.
Ast unde nam quæso probabit hanc suam thesin Jesuita? Ubi-
cunq; tantum mentio fit panis, ibi panis sufficit absque potu.
Hæc enim si stabit, *Ægyptii* & *Hebræi* tantum comedere pa-
nem Gen. 43. *Mephiboseth* in Davidis mensa I. Sam. 9. & alii.
Idem Costerus pane saltem frui cogetur, quippe qui in oratio-
ne Dominica panem saltem quotidianam à Deo petat? *Grave se*
deserat lautas Pontificias epulas. Deinde immemor est hac in
parte sui *Costerus*, qui concionatur, quosdam in ea fuisse opi-
nionem, fluxisse illic fontes aquarum, quos non refutat. Et
preterea, esto: potus nulla fit mentio? quæ accommodatio ad
cœnam, in cujus tamen institutione, potus, vini, fit, nunquam
neganda expressa mentio. Si ideoque ipsius collectio robo-
ris quid habebit, quid nî & nostra ab oppositione propositio-
nis sumpta: *Ubicunq; potus ponitur, ibi retinendus nec reticen-*
dus. In Eucharistia potus ponitur. E. ibi retinendus nec reti-
cendus.

OCTAVUM.

An dubitandum de gratia Dei?

Elicit hoc ipsum etiam Jesuita, ut citat hoc Mehlfat.

C 3

super

• super hoc Evang. 1. *ex tentatione* Philippea, & aliis Scripturæ
 locis, præsertim ex. 2. *Prov. 28. v. 14.* beatus homo, qui semper
 est pavidus: qui vero mentis est duræ, corrueat in malum.
 3. *Rom. 11. v. 20.* per incredulitatem defecti sunt, tu vero con-
 stitisti: ne efferaris animo. 4. *Eccles. 9. vers. 1.* nescit homo,
 utrum amore, an odio dignus sit. 2. *Pet. 1. v. 10.* operam date,
 ut vocationem & electionem vestram firmam efficiamini:
 Resp. primo, ad 1. *instando*, quod eo ipso quo tentatur Philippus
 & alii, non tentantur, ac si dubitarent, sed ut rerum suarum
 sunt certissimi: ratio ex superioribus tentationis exemplis
 unicuique manifesta. *Secundò*, distinguendo quidem ad 2.
 inter pavorem filialem & servilem, illi nihil habet causæ cur
 dubitet, etiamsi sit pavidus. Hic autem aliter se res habet. *Ad*
 3. *inter πίστιν καὶ ὑψάλοφρονίαν, καὶ φύσιν πίστεως καὶ ἀπι-
 στίας: ὑψυλόφρων* utique dubitet de gratia Dei, utpote
 qui *Ἀγασκεπίστῃ τὴν ὑπερηθάναν*, *Luc. 2. πιστεύων* mi-
 nimè, *Ad 4. v.* itidè; aliud est fides declarans seipsū in sua essen-
 tia, & proprio subiecto; aliud verò declarata per alios, quo ad
 effectum & externè. Hoc modo sæpenumerò dubitationis ansa
 nobis suppeditatur, non enim externa fortuna prodit semper
 fidentem. *Ad 5.* denique *inter* dubitationē, in vocatione &
 electione, & *inter* operam iis dandam, qui vocati sunt & electi,
 ne iterum rejiciantur, quando fiunt *ἀργοὶ καὶ ἀκέραιοι*, ut loqui-
 tur ibi Apostolus vers. 8. 3. *asserendo*,: sic, ex iisdem locis ali-
 quot præsertim ex *Rom. 11. v. 20.* & *2. Pet. 1. v. 12.* 1. *Quicumq;*
constitit animo; ille non potest dubitare, πιστεύων constitit animo, E.
2. Quicumq; *ἐστὶν ἐν ἀληθείᾳ, ἔστιν ἐν ἀληθείᾳ, E.*
Atqui πιστεύων ἐστὶν ἐν ἀληθείᾳ ἐν ἀληθείᾳ, E.

NONUM.

An benedictionem nos pejus quàm Satanam oderimus?

Sic sentit & scribit Stapletonus in Promptuar. Cathol.
 part. 3. p. 118. Resp. 1. *per distinctionem*, quod illam non sim-
 pliciter oderimus, sed illam tantum suam, quam dicit, Apo-
 stolos

stolos & eorum Successores hanc potestatem accepisse confi-
ciendi (intellige eo modo quo antea dictum) ex pane & vino
corpus & sanguinē Christi servata benedictionis formula p.
172. ubi 1. negamus pendere ab Apostolis & eorum Successori-
bus vim istam conficiendi. 2. dicimus, nec Christum confe-
cisse ita ex pane & vino corpus & sanguinem, sensu Pontificio
& Stapletonio: multò minùs idipsum poterit competere Apo-
stolis & eorum Successoribus. 2. Resp. per probationem,
quod benedictionem amemus exosculemur, continuemus:
id enim unicuique cordato constat 1. ex recitatione verborum
Christi in Eucharistica institutione, hoc facite in mei com-
memorationem, hoc est, ut Paulus vult, ut annunciemus mor-
tem Domini, donec veniat. 2. ex recitatione illius veteris, &
Israelis jussu Dei solitæ, benedictionis, quæ describitur Num.
6. vers. 23. 3. ex recitatione illius ante cibum sumptum benedi-
ctione more Christi, Luc. 24. v. 30. & hoc in Evangelio, se-
cundum mandatum Paulinum, 1. Cor. 10. v. 31. 1. Tim. 4. v. 5.
ὁ λόγιον. ἔσχαρτια προισοδυναμῆσι usurpata fuisse
apud Evangelistas, probat Dn. D. Gerhard. Præceptor & Pro-
motor mibi ὁλοψύχως colendus, loco de cæna pag. 22.

DECIMUM.

An Christus verè homo?

Affirmatur & probatur multis, quod ascendit in mon-
tem, & in eo sedens quievit, vers. 3. quod oculos sustulit, v. 5.
manu sua panes distribuit v. 11. tandemq; manū hominum ef-
fugiturus in monte solus secedit. v. 15.

Elenchus errorum paucorum ex Postillis Adversariorum.

I. Dico, nullam fidem congregationemq;, vel nunquam
vel alio tempore unquam ita fuisse dilatam, multiplica-
tamq;, quam Catholicam nostram Ecclesiam. Coster. in
Concione sup. hoc Evang.

II. Aegri

II. Aegritudo plerumq; non minus utilis ac salutaris est, quam prospera valetudo, quod hominem docet seipsum agnoscere, mundum contemnere, novissimorum recordari, patientiam, juxta ac humilitatem addiscere: ac de commissis deniq; peccatis ingemiscere, proq; iis satisfacere. Id. ibid.

III. Petrus est petra illa, super quam Christus suam Ecclesiam edificavit. Id.

IV. Probemus non hoc esse, quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit: majoremq; vim esse benedictionis, quam naturae, quia benedictione, & natura ipsa mutatur. Bzov. super hoc Evang.

Hoc, quod largiris, Deus, en, tibi reddo, talentum:
Quo, si cui profim, laudis id omne tuum est.

F I N I S.



94 A 7385

ULB Halle
002 728 095

3



VD17



1. An die ...
2. ...
3. An die ...





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

19

TIO
icæ quartæ
Lætare,

ICE

RHARDO
OFESSORE

nium colendo.

onit
ELMUS WAL-
nens. Moderator.

ar.
G. XIX.

Æ
MANNL

